Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

Terms and Conditions
The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

tes conterent a quo malo liberatur homo et ipse innocua
liter creverit. Beda. Potest autem videri contrarium quod
discerpens illum sicut quidam codices habent vel conuexans eum
exiuit: cum nichil ei nocuit secundum lucam. Sed et ipse lu
cas dicit. Et cum proiecisset eum demonium in medium:
exiuit ab eo. nichil que ei nocuit. Unde intelligitur hoc
dixisse marcum. conuexans eum siue discerpens: quod lu
cas dixit. cum proiecisset eum in medium. Ut quod sequitur
ait. Nichil que ei nocuit: hoc intelligatur quod illa iac
tacio membrorum atque vexacio non eum debilitauit.
sicut solent exire demonia et quibusdam membris am
putatis atque euulsis. Visa autem virtute miraculi:
nouitatem dominice admirantur doctrine. atque ad in
quisicionem eorum que audierant per ea que viderant excitantur.
Unde sequitur. Et mirati sunt omnes ita ut conquirerent et cetera.
Adhuc enim fiebant signa: ut per ea euangelio regni
dei quod predicabatur crederetur. Quoniam humilibus qui celestia
terrigenis gaudia promittebantur: celestia in terris ac
diuina opera monstrabantur. Prius autem teste euangelista
erat docens eos quasi potestatem habens. nunc tamen attes
tante in potestate imperat spiritibus immundis. et obediunt
ei. Sequitur. Et processit rumor eius statim in omnem regionem ga
lilee. Glossa. Ea enim que homines mirantur minantur: proinde
diuulgant. quia ex habundancia cordis os loquitur.
Ieronimus. Mistice autem capharnaum villa consolacionis
interpretatur. Sabbatum autem requies. Homo in spiritu inmundo: re
quie et consolacione sanatur: ut locus et tempus congruant sa
luti. Homo in spiritu inmundo: genus humanum est. In quo in
mundicia regnauit ab adam usque ad moysen. Peccauerunt sine le
ge et sine lege perierunt. Qui sciens sanctum dei ob
mutescere iubetur. quia dum scientes deum omnem non sicut deum glo
rificauerunt: sed seruierunt potius creature quam creatori. Spiritus di
scerpens hominem exiuit ab eo appropinquante salute: appro
pinquat temptacio. pharaone dimissurus ab israel persequitur
israel. Diabolus contemptus: surgit in scandala. Beda. Ante.

Primo debuit lingua
serpentina ne ulterius virus spar
geret concludi: deinde femi
na que primo seducta est a
carnali concupiscentie febre
sanari. Unde sequitur. Et proti
nus egredientes de synagoga venerunt in domum Sy
monis et andree cum iacobo et io.

Et protinus
egredientes de
synagoga ve
nerunt in domum
Symonis et an
dree cum iaco
bo et iohanne.
Decumbebat
autem socrus Sym
onis febricitans.
Et statim
dicunt ei de illa.
Et accedens ele
uauit eam ap
prehensa ma
nu eius. Et con
tinuo dimisit
eam febris et
ministrabat eis.

Theophilus. Recessit enim
ut consuetudinis erat: in
sabbato circa vesperam ad e
dendum cum discipulis suis. do
mum. Que autem ministrare de
bebat: febribus teneba
tur. Unde sequitur. Decumbebat autem
socrus symonis febricitans. Crisostomus.
Discipuli autem tamquam ex ipsa
re utilitatem aliquam re
ceperunt: non expectantes in
uesperum: socrum petri sana
ri precabantur. Unde sequitur.
Et statim dicunt ei
de illa. Beda. In euange
lio autem luce scriptum est quod
rogauerunt illum pro ea.
Modo enim saluator ro
gatus: modo vltro curat e
grotos: ostendens se contra
uiciorum quoque viciorum passi
ones et precibus semper an
nuere fidelium: et ea non
numquam que ipsi minime
intelligunt. vel intellige
re dant. vel pie petenti
bus et non intellecta dimit
tere. Iuxta id quod psalmis
ta postulat. Ab occul
tis meis munda me
domine. Unde et hic rogatus sanat. Sequitur. Et accedens ele
uauit eam apprehensa manu eius. Theophilus. Per hoc significatur quod
si aliquis infirmatur a deo curabitur: si sanctis ministret
ur ob christi amorem. Beda. Quod autem sabbatis maxime
medicine doctrine que sue dona frequentat: docet se non
sub lege esse. sed supra legem. nec iudaicum eligere sabbatum:
sed verum sabbatum. diligat quod domino esse requiem. Si salu
ti studentes animarum ab opere seruili. id est a cunctis contineamus
illicitis. Sequitur. Et continuo dimisit eam febris et
ministrabat eis. Sanitas que domini confertur imperio. simul
tota redit. tanto robore comitante. vt eis continu
o qui se adiuuerant ministrare sufficiat. Si autem vi
rum a demonio liberatum moraliter animum ab in